



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Vita Sancti Marci Per Divvm Hieronimvn.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

VITA SANCTI MARCI PER
DIVVM HIERONIMVN.



Marcus discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Rhome a fratribus, breue scripsit euangelium. Quod cum Petrus audivisset, probavit, & ecclesie legendum sua autoritate tradidit, licet Clemens in sexto *υποτιτωσεων* libro scribit. Et Papias Hierosolymitanus episcopus, meminit huius Marci, & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis, figuraliter Romanam significans. Salutat vos quae in Babylonae cum electa, & Marcus filius meus. Assumpto itaque euangelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandriae Christum annuncians, constituit ecclesiam, tanta doctrina & vitae continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Densius Philo disertissimus Iudaeorum, videns Alexandriae primam ecclesiam adhuc iudaizantem, quasi in laudem gentis suae librum super eorum conversatione scripsit, & quomodo Lucas narrat Hierosolymae credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandriae sub Marco fieri doctore cernebat, memoriae tradidit. Mortuus est autem octavo Neronis anno, & sepultus Alexandriae, succedente sibi Aniano.

